



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De diuersitatibus fidei, qua enumerantur. Cap. XXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

ostensionem. Hanc lippitudinem purgari oportet. August. Purgandus est animus, ut prospicere illam lucem valeat. Timor multos retraxit ne crederent in Christum. Qui enim credebant in Christo, despiciebantur ab aliis, & extra synagogam fiebant: ideo qui gloriam amabant, & contemptum istum timebant, nolebant ad Christum conuerti. Io. 5. Quomodo credere potestis qui gloriam ab inuicem recipitis, & gloriam quam a solo Deo est, non queritis? Amor etiam diuitiarum & timor amittendi locum & gentem, Iudaos impediuit ne in Christum crederent. Amor diuitiarum oculus est auarorum, & amor diuitiarum est oculus voluptuosorum. Zachar. 5. dicitur de impietate: Hic est oculus eorum in uniuersa terra. Prouerbiorum 21. Lucerna impiorum peccatum. Ideo auaro videtur aliquid licitum quod aliis non videtur: quia auaritia est lucerna ei, secundum eam enim iudicat. Et luxurioso videtur illa quam nimis amat pulchra, cum sit deformis: quia amor facit eum errare in iudicio illo. Odium etiam intellectum multorum a fide auertit. Multi Valdenses odientes praedicationem clericorum dicunt Deo obediendum esse, & non homini. Aliqui etiam ex eis dicunt solis praedicationis esse obediendum. Dicunt etiam ordinem non esse necessarium ad hoc quod aliquis liget vel soluat. Et quod non sit necesse ut aliquis confiteatur peccata sua sacerdoti. Et quod relaxationes quas episcopi consueuerunt facere, non valent. Nec suffragia Ecclesiae profint mortuis. Item timores errores suos per iuramenta propalari: dicunt in nullo casu esse iurandum. Item timentes se occidi: dicunt in nullo casu esse hominem occidendum. Sic transferunt haeretici in affectum cordis.

*De diuersitatibus fidei, quae enumerantur.* CAP. XXXIX.

Vltimo in tractatu de Fide descendendum est ad diuersitates fidei, & specialiter ad has diuersitates descendemus, quae sunt fides viua, & fides mortua: fides ficta & fides non ficta siue probata: fides magna, & fides modica: fides explicita, & fides implicita.

*De Fide viua & Fide mortua.*

Fides viua est quae potest est elicere debitas operationes, quae scilicet per charitatem operatur. Gala. 5. Fides vero mortua est, quae impotens est ad debitas operationes. Iaco. 2. Si fides non habeat opera, mortua est in seipso. Fides viua videtur differre a mortua: sicut flammam lux in candela viua differt a lumine quod remanet post extinctionem candelae, quod praesens sui paruitate insufficientis est ad regendos gressus, & ad ostendendum laqueos vel foueas, & ad discernendum quid pulchrum, quid



deforme. Item fides viua videtur se habere ad mortuam, sicut  
 lumē diei ad lumē noctis: vel sicut lumen radij viui solaris ca-  
 lorem habētis, ad lumē quod est in vmbra tenebrosum & sine  
 calore. Item fides viua nō solū tenebras ignorātiæ expellit: sed  
 etiā tēpore excurit. Fides verò mortua est sicut animal mor-  
 tuum: nec se ad aliud potens mouere motu qui sit perfectus: ut  
 est gressus: licet in eadē tremor vel palpiratio quādoq; re-  
 māneat. Itē sicut carboni viuo musca timet insidere: sic tētor  
 fugit eum qui est fidei viuæ non habēs fiduciā q; ei possit pra-  
 trahere. 1. Pe. 7. l. Cui resistite fortes in fide. Et Iacob. 4. Resistite  
 diabolo, & fugiet à vobis. Fides mortua minus potens videtur  
 esse quā dubitatio. Si quis enim dubitet de aliquo cibo vel potu  
 vtrum sit venenatus: sola dubitatio cohibebit eum, ne cibū vel  
 potum illū sumat. Fides autem mortua nō cohibet homines à  
 prohibitis delectationibus, quæ ad modū veneni mortē anima  
 inferunt. Itē fides mortua, fides dæmonis esse videtur, nō homi-  
 nis. Vnde super illud ad Titū 1. Confitentur se nosse deū, factis  
 autē negant. dicit gl. Aug. Nolite tanquā de fide securi esse. Ad-  
 iungite fidei rectā vitā rectā, vt Christum confiteamini verbis  
 vera dicendo, & factis bene viuēdo. Nam si cōfitemini verbis, &  
 non factis: fides talium propriè fides est dæmoniorum. ¶ Item  
 Aug. Cum dilectione fides Christiani, sine dilectione fides dæ-  
 monis: imò fides Christianorū, qui Deum nō timēt, inferior vi-  
 detur esse fide dæmonum. Illi enim Deum timent. Iacob. 2. Te-  
 crellis q; vnus est Deus, benefacis. & dæmones credunt, & con-  
 tremiscūt. Aug. Vtinam quomodo dæmones iudicē, sic homines  
 agnoscerent saluatorē. Ecce dæmones viderunt, & tremuerunt:  
 homines viderūt, & occiderūt. Fides mortua facit ad augmētū  
 culpæ & pœnæ. Ad augmētū culpæ quia cū sit cognitio, aggrauat  
 culpā: sicut ignorātia attenuat. Augmētata autē culpa, augmēta-  
 tur & pœna. Ber. Ad cumulū dānationis videtur nobis relicta fi-  
 des futuræ promissionis. Fides mortua in malo Christiano vide-  
 tur se habere, sicut obligatio religionis in apostata monacho,  
 qui deterioris cōditionis videtur esse, quā si nūquam fuisset  
 monachus. Et sicut natura bona in angelo malo. Honorabile est  
 valde esse angelū bonum, ignominiosissimū vero est angelum  
 esse malum. Sic valde ignominiosum est esse malū Christianū  
 licet sit valde honorabile esse Christianum bonum. Fides mor-  
 tua ficus est maledicta, fructus non habens. Matth. 21. Fides ve-  
 rō viua arbor est florens per firmum propositū seruendi Deo  
 & folia debita habens, scilicet sermōnem qui sit ad edificatio-  
 nem



hem fidei, & det gratiam audientibus loquendo: & fructū debicū bonorum operū proferens. 2. Cor. 13. Si estis ex fide, ipsi vos probate per opera. Fides mortua est velut cadauer exanime Deo oblatum. Iac. 2. Sicut corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est. Ber. super Cant. Quid fides, quæ nō operatur ex dilectione, nisi cadauer exanime? Bene honoras Deū munere fœdero: bene placas Deum tuæ fidei interfecto. Fides mortua signum est proditiōis. In iudicio enim fides illa ostendet eū in quo fuit fuisse Christianū. Ex alia parte opera mala ostendent eum fuisse Christi inimicū. Fides illa ostendet, q̄ fidelitatem Christo debuit: opera verò mala, q̄ fidei non exhibuit, & per consequens proditor fuit. Christianus malus habens fidem mortuam, secum habet literas suæ dānationis. Per fidem enim scriptum est in corde eius, q̄ qui talia peccata agunt, regnum Dei non possidebunt. In libro verò conscientie suæ inuenietur scriptū scriptura facta propria manu, q̄ ipse talia fecerit. Quædam enim notæ ex malis operibus relinquuntur in corde hominis. Vnde Gl. Origen. super illud Ro. 2. Cogitationum accusantiū aut defendentiū. Sciendum, inquit, quod in illa die cogitationes accusabūt animas, vel defendent. Non vique cogitationes quæ tunc erunt: sed istæ quæ nunc sunt in nobis: quarum notæ quædam & signacula relinquuntur in corde nostro velut in cera. Quæ in occulto cordis posita in illa die reuelari dicuntur.

*De Fide ficta, & non ficta.*

Fides ficta, est fides fragilis: scilicet fides eorum, qui ad tēpus credunt, & in tempore tentationis recedunt: Matth. 13. De fide non ficta legitur 1. Tim. 1. Finis præcepti, est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

*De Fide magna, & Fide modica.*

Sequitur de magnitudine & paucitate fidei. Ad magnitudinē vero fidei quinque videntur pertinere. Primò, vt homo de Deo magna sentiat, vt centurio, Matt. 8. qui credebat Christum solo verbo posse sanare seruū suū, & se indignū esse vt Christ⁹ intraret sub rectū ipsius. Vnde dictū est de eo à Domino: Nō inueni tantā fidē in Israël. Secūdo, vt homo bonā trāsitoria intuitu bonorū eternorū contēnat. Heb. 11. Fide Moyses grādis factus negauit se esse filiū filie Pharaonis: magis eligens affligi cū populo Dei, quā tēporalis peccati haberi iucunditatē: maiores diuitias æstimās thesauro Ægyptiorū improperiū Christi: aspiciēbat enim in remuneratiōe. Tertio, vt homo in aduersis de Deo



cōfidat. Mat. 14. Modicæ fidei, quare dubitasti: Eiusdē 16. Qui cogitatis inter vos modicæ fidei: Quarto, vt homo ad longā credentiā bona sua Deo tradat. Magni enim principes longā credentiā requirunt. Esaię 25. Qui crediderit, nō festinet. Et Pro 20. Hereditas ad quā festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Et eccl. 20. Hodie fueratur quis, & cras perit, & odibilis est homo huiusmodi. Quinto, in hoc vt cū homo aliquid petit à Deo, & non statim accipit, nō propter hoc proposito desinat. Mat. 15. Dictū est mulieri orationi instanti, mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Ad impetrandum multum valet fidei magnitudo. Aug. super Ioannem: Quamuis vas fidei attulerit quis ad fontem, tantum implet. Et Beatus super Cantu. Magna siquidem fides magna meretur.

*De fide explicita, & fide implicita.*

Consequenter dicendum est de illa diuersitate fidei, quæ fides explicita & implicita. De qua breuiter notandum, quæ prælati debent habere fidem explicitam de omnibus credentibus. Ad eos enim pertinet illud 1. Per. 3. Paratis semper ad factis factum, nō omni posceti vos rationē de ea quæ in vobis est fide & simpliciter. Simples verò debet habere fidē explicitā de aliquo articulo & de omnibus implicitam: vt scilicet credat verum esse omne quod credit ecclesia, ita quod in nullo ei cōtradiciat in particulari.

*De quibusdam quæ faciunt fidem cōmendabilem. CAP. XXX.*

¶ In summa notandū est, quod sex sunt quæ faciunt ad hoc quod fides sit cōmendabilis. Primum est, simplicitas. In his enim quæ faciunt sunt qui ambulat simpliciter, ambulat cōfidenter. Pro. 10. Ambulauerunt argumēta vbi fides queritur: nō enim recipienda sunt argumēta fidei cōtraria. In his quæ fidei sunt, peccatoribus cōtrahitur nō dialecticis: iuxta verbū eiusdē Amb. Beatus in li. de Cōfessione: Intellectus, inquit, si figurata fidei tēret irrupere, reputatur explorator, scrutator malefactoris. Ad fidei simplicitatē monemur. Eccl. 40. Si altare lapideū feceris mihi, non edificabis illud de lapidibus: si. n. leuaueris cultū tuū super eo, polluetur. Acumen ingenij quod per cultū intelligitur, super altare fidei leuandū nō est, vt ingenij nostrū in his quæ fidei sūt, auctoritati sacre scripturæ preferam. Secundū est viuacitas. Tertium magnitudo: de qua dicitur. Cū est prius. Quartū, est feruor. Mat. 17. Si habueritis fidē granū sinapis, dicetis mōti huic, Trāsi hinc, & transibit, & nō impossibile erit vobis. Gl. Fidē perfectā grano sinapis cōparat quæ sit in facie humilis, & in pectore feruens, vilis videntibus nec vllarum virium apparens, sed præsturis tria quod intus